Jus Patronatus

circa 1516. v 1517. Ad Sigism I.

Sigismundus I. Rex Poloniæ Christophoro de Szydłowiec Palatino Cracoviensi Regni Poloniæ Cancellario.

127

Magnifice Etc.

Credimus non incognitum esse tuæ Sinceritati nobis dudum esse, impetratum esse apud Sedem apostolicam jus Patronatus perpetuum ad Canonicatum et Prebendam Cracoviensem Bossutowska, quæ in præsens per mortem Domini olim Episcopi Plocensis vacat. Ad quam præsentavimus Venerabilem Raphaelem Chotecżki Dispensatorem nostrum et quia intelligimus nonnullos alios Ecclesiasticos temer se ad bona et fundum ejusdem Prebendæ ingessisse, et proventus illius occupasse, uti et in alia Sacerdotia absque ullo jure involare consueverunt, volumus, et mandamus tuæ Sinceritati, quo ipsum Dispensatorem Nostrum a nobis præsentatum in possessione ejusdem Canonicatus tueatur Authoritate, et potestate nostra regia, abigatque quemlibet violentum Possessorem. Nemo enim se jus habere adversus jus conferendi;

præ

præsumere debet, quod uti alia no:
stra, et regni nostri jura, volumus
omnibus viribus tueri. Pro gratia
nostra tua sinceritas facturu.
Quæ bene valeat Etc.